Quelle:
Copyright:

Vossius de Poëtis cat. Mich. a. s. Jos. Biblioth. crit. T. 4. p. 204. Fabric. Bibl. m. et inf. lat. T. VI. p. 168.

Cod. LII.

Chartac. Fol. Soc. 15.

A. 47. 16.

P. Terentii Comoedia.

P. Terentii Comoedia sex, perpetuo Comentario illustrata; integra quoque sunt, ac eodem ordine, quo eas edidit Westerhovius, Hagae-comitum, 1726. 4. nempe: Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, et Phormio. Sed quis Comentator? hic Rhodus, hic Salta! Non Donatus Gramaticus, nam pagina 2da Eunuchi, voce Argumentis nominatim adducitur: sicut dicit Donatus. Non Calphurnius; hic enim in Heauton. in illud: cui partes Seni Poeta dederit, ita comentatur: Per senem se ipsum intelligit, quia jam senio sit confectus; noster autem Calliopium designari putat: quia, inquit, recitator Calliopius erat Senex et. Ergo Eugraphius? de quo in edit Westerhovii T. I. p. 218. in nota 17. A legitur: "Eugraphius medii ori "gramaticus Calliopium fecit recitatorem 78 Plau "dite"; id quod cum Comentatore nostro quam maxime convenit, siquidem pag I. dicit: "Notan "dum tamen, quod iste Therentius volens fabu "las suas favorabilius a Romanis recipi, recita "bat eas per quemdam nobilem Romanum Calliopi "um." Et in fine Andriae comentatur: "Completa